

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA

---

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

---

LITTERÆ

SS. D. N. LEONIS PP. XIII.

AD CARDINALEM BAUSA

ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM.

DILECTE FILI NOSTER,

*Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Novum argumentum perspecti tui erga hanc Apostolicam Sedem studii et obsequii prodiderunt litteræ Augusto mense exeunte ad Nos datæ, quibus vota Nobis significasti plurium fidelium, ut veneratio quæ Christo Domino ac Matri Virgini et S. Iosepho domesticæ Eius societatis consortibus, sub Sacrae Familiæ titulo exhibetur, ad ampliorem in Ecclesia cultus dignitatem provehatur; atque de hac re, uti fieri debet in causis gravibus fidem ac disciplinam spectantibus, sententiam et iudicium huius Apostolicæ Sedis postulasti. Tuæ observantiae et prudentiæ officium Nos plurimi æstimantes, confessim postulationis tuæ rationem habendam censuimus, ac rem propositam Consilio Nostro sacris ritibus præposito cognoscendam mandavimus, ut deinde ad Nos consulta et exquisita referret. Re itaque diligenter expensa, Tibi nunc significamus, ob peculiares iustasque causas Nos decrevisse, ut pietatis cultus erga Sacram Familiam, nullis aliis inductis eius exercendi novis formis, in eo statu servetur, in quo Auctoritate huius Apostolicæ Sedis probatus fuit, atque ut potissimum christianæ domus Sacram Familiam ad venerationem et exemplum propositam habeant, iuxta instituta, piæ illius Consociationis, quam Decessor Noster fel. rec. Pius IX suis litteris die V Ianuarii Anno MDCCCLXX datis, probavit et commendavit, atque in spem certam maximorum fructuum latius in dies propagari exoptavit. Quam spem salutarium bonorum et Nos ultro in eiusdem Societatis spiritu ponimus: confidimus enim Fideles omnes probe intelligentes, in cultu quem Sacrae Familiæ exhibent, sese mysterium vitæ absconditæ venerari, quam

Christus cum Virgine Matre et S. Iosepho egit, inde magnos stimulos habituros ad fidei fervorem augendum, et virtutes imitandas, quæ in divino Magistro, ac Deipara, Eiusque Sponso sanctissimo fulserunt. Hæ autem virtutes, ut non semel monuimus, dum æternæ vitæ mercedem pariunt, ad prosperitatem etiam domesticæ et civilis societatis tam misere hoc tempore laborantis spectant; cum ex familiis sancte constitutis, civitatis etiam commune bonum, cuius familia fundamentum est, necessario consequatur. Majus vero fiducia Nostra incrementum capit dum cogitamus, Sacræ Familiae cultores ex instituto Societatis quam diximus, a Christo Domino gratiam per merita Matris Virginis et Iosephi sedulo efflagitantes, propitiam indubie opem experturos, ut vitam sancte componant, atque uti in domibus suis concordiam, caritatem, in adversis tolerantiam, morumque honestatem lætentur efflorescere. Vota igitur ad Deum effundimus, ut germanus membra Societatis spiritus in dies latius inter Fideles emanet ac vigeat, atque in hanc rem operam suam collatuos tum sacrorum Antistites, tum omnes Ecclesiæ administratos non dubitamus. In mandatis autem dedimus Consilio Nostro sacris ritibus præposito, ut orandi formulam ad te mittat, quam confici et edi curavimus in usum fidelium, ad domos suas Sacræ Familiae consecradas, tum etiam quotidianæ precationis exemplar a fidelibus in Sacræ Familiae veneratione persolvendæ. Tuo demum in Nos obsequio, Dilekte Fili Noster, parem dilectionis affectum libenter profitemur, et in auspicio cœlestium munerum, Apostolicam Benedictionem Tibi, et Clero ac Fidelibus, quibus præsides, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die xx Novembris Anno MDCCXC, Pontificatus Mostri Decimotertio.

LEO PAPA XIII.

---

LITTERÆ

PII PAPAE IX

AD REV. P. FRANCOZ S. I.

PROMOTOREM PIAE UNIONIS

A SACRA FAMILIA NUNCUPATÆ.

~~~~~  
DILECTE FILI,

*Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Dum supremæ struuntur insidiæ religiosæ iuxta et civili societati, nullaque idcirco non adhibetur ars ad familiam ipsam, utriusque fundatum, distrahendam ac dissociandam; nulla certe efficaciore ratione, quam per religionis virtutem, tanto discrimini occurrere licet. Quoniam vero a Sacra Familia non modo aptissimum validissimumque patrocinium rei perficiendæ petendum videtur, sed et perfectissimum exemplum pietatis, sanctitatis, mutuorum officiorum;

peropportune te peculiarem illius cultum fidelibus proposuisse censemus, eisque suasisse, ut IESU MARIAE et JOSEPH se plane devoentes, unusquisque cum coniunctis suis vespere domi conveniat filialia ipsis persoluturus obsequia, eorum imploraturus opem; seque ac ceteras christianas familias iisdem commendaturus. Quotidiani enim conventus illi et communis precationis virtus caritatem fovebunt inter consanguineos, mutuae spiritualium officiorum exhibitiones à singulis familiis editæ apud *Sacram Familiam* universas invicem inter se et cum ipsa copulabunt; ac præterea mysteria et gesta illius ob oculos uniuscuiusque posita in imagine, quam venerantur omnes, excitabunt ad propriæ vitæ rationem componendam ad illa sanctissima exempla. Gratulamur itaque tibi, quod cœpto huic adeo Deus obsecunda verit, ut complura iam familiarum millia nonen dederint piæ isti Consociationi, fructumque religionis, concordiae, probitatis inde duxerint amplissimum. Quamobrem toto corde Deum rogamus ut perutilis ista Societas augeatur in dies et propagetur, virtutemque suam latius semper et efficacius exerat in christiani populi emolumentum. Auspicem vere divini favoris, Nostræque paternæ benevolentiae testem tibi, dilecte fili, et piis omnibus sodalibus Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die 5 Ianuarii 1870, Pontificatus nostri anno XXIV.

PIUS PAPA IX.

---

LETRAS  
DEL PAPA PIO IX  
AL R. P. FRANCOZ DE LA COMPAÑIA DE JESUÍS.  
PROMOTOR DE LA PIA UNION,  
LLAMADA DE LA SAGRADA FAMILIA.

*Amado hijo, salud y Bendicion Apostólica.*

---

Mientras que se traman las mayores asechanzas contra la sociedad religiosa al mismo tiempo que contra la civil, y no hay por lo tanto ardido del cual no se eche mano para dislocar y destruir el fundamento de ambas que es la familia, no hay ciertamente otro medio mas eficaz para prevenir tan gran peligro, que el poder de la religión. Y así, por quanto se comprende que para conseguir este fin no sólo ha de venir de la Sagrada Familia su aptísimo y poderosísimo Patrocinio, sino también el perfectísimo ejemplo de piedad, santidad y mutuos deberes, juzgamos que tú has propuesto muy oportunamente á los fieles un culto peculiar de aquella, y les has exhortado á que, consagrándosse enteramente á JESÚS, MARÍA Y JOSÉ, y á fin de prestarles filiales

obsequios, implorar su auxilio y encomendárseles, y encomendarles las demás familias cristianas, se reúnan á la caída de la tarde cada uno en su casa juntamente con sus respectivos allegados, pues esas reuniones cuotidianas, y la eficacia de la oración en comun fomentarán la caridad entre los parientes, y con las reciprocas manifestaciones de espirituales homenajes, hechas ante la *Sagrada Familia* por cada una de las familias, mutuamente se estrecharán estas entre si y con ella; y además los misterios y hechos de la misma, representados á la vista de cada uno en la imágen que todos veneran, excitarán al arreglo de la propia vida, y á imitar á aquellos santísimos modelos. Te felicitamos pues, por haber ayudado Dios á este designio, de tal suerte que ya se han inscrito en esa piadosa Asociación muchos miles de familias, y han sacado desde entonces riquísimo fruto de religion, concordia y probidad. Por lo cual de todo corazón pedimos á Dios que de dia en dia se aumente y propague esa utilísima Asociacion, y dé á conocer siempre su virtud mas extensa y eficazmente en provecho del pueblo cristiano. Como presagio verdaderamente del favor divino, y testigo de Nuestra paternal venevolencia, damos amantísimamente, amado hijo, á ti y á todos los piadosos asociados la Bendicion Apostólica.

Dado en Roma junto á San Pedro, el dia 5 de Enero de 1870, año **xxiv** de Nuestro Pontificado.

**PIO IX. PAPA**

---

Rme Domine uti Frater,

**Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII pro Apostolica Sua sollicitudine Litteras die xx mensis elapsi datas mittere dignatus est Emum et Rmum Dnum Augustinum Bausa Archiepiscopum Florentinum super cultu Sacræ Familiæ exhibendo, præcipiens ut huiusmodi Litteræ cunctis Rmis Diœcesium Ordinariis communicarentur.**

Mandato itaque Summi Pontificis obtemperans, Sacra Rituum Congregatio ad *Amplitudinem Tuam* exemplar earumdem Litterarum transmittit, additis sinūl duabus precum formulis, iubente atque adprobante Ipsa Sanctitate Sua, editis, scilicet Consecrationis familiarum Sacræ Familiæ, et Orationis ante venerandum Illius imaginem quotidie ab ipsis recitandæ.

Interim *Amplitudini Tuæ* cuncta a Domino fausta ex animo adipcor.

**Amplitudinis tuæ.**

Romæ die 10 Decembris 1890.

**Uti Frater**

**CAIET. CAR. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Præfectus.**

**VINCENTIUS NUSSI, Secretarius.**

**Rmo Domino uti Fratri Episcopo Oxomen.**

---

Rmo. Sr. y Hermano,

Nuestro Santísimo Señor Leon XIII, movido de su Apostolica solitud, se dignó escribir el 20 de Noviembre último al Embo. y Rmo. Agustín Bausa, Arzobispo de Florencia, sobre el culto que se habría de dar á la Sagrada Familia, mandando que su carta fuera comunicada á todos los Rmos. Ordinarios de las Diócesis.

Obedeciendo, pues, el mandato del Sumo Pontifice, la Sagrada Congregacion de Ritos trasmite á V. S. I. un ejemplar de la dicha carta, juntamente con dos fórmulas de oraciones, dadas de mandato y con aprobacion de Su Santidad mismo, á saber la fórmula, de la consagracion de las familias á la Sagrada Familia, y la de la oracion que aquellas hayan de rezar cada dia ante la veneranda imágen de Esta.

Entre tanto pido cordialmente al Señor todo género de felicidades para V. S. I.

Roma 10 de Diciembre de 1890.

De V. S. I. hermano,

CAYETANO CARDENAL LUIS MASSELLA,  
Prefecto de la S. Congregacion de Ritos.

VICENTE NUSSI, Secretario.

Al Rmo. Señor y Hermano, el Obispo de Osma.

## FORMULA

RECITANDA A CHRISTIANIS FAMILIIS

**QUAE SE SACRAE FAMILIAE CONSECRANT.**



O Jesu Redemptor noster amabilissime, qui e cælo missus ut mundum doctrina et exemplo illustrares, maiorem mortalis tuæ vitæ partem in humili domo Nazarena traducere voluisti, Mariæ et Josepho subditus, illamque Familiam consecrasti, quæ cunctis christianis familiis futura erat exemplo, nostram hanc domum, quæ Tibi se totam nunc devovet, benignus suscipe. Tu illam protege et custodi, et sanctum tui timorem in ea confirma una cum pace et concordia christianæ caritatis; ut divino exemplari Familiæ tuæ similis fiat, omnesque ad unum quibus ea constat, beatitatis sempiternæ sint compotes.

O amantissima Jesu Christi Mater et mater nostra Maria, tua pietate et clementia fac ut consecrationem hanc nostram Jesus acceptam habeat, et sua nobis beneficia et benedictiones largiatur.

O Joseph, sanctissime Jesu et Mariæ custos, in universis animæ et corporis necessitatibus nobis tuis precibus succurre; ut tecum una et beata Virgine Maria æternas divino Redemptori Jesu Christo laudes et gratias rependere possimus.

---

## FÓRMULA

QUE HAN DE REZAR LAS LAMILIAS CRISTIANAS

### QUE SE CONSAGRAN A LA SAGRADA FAMILIA.

O Jesús nuestro amabilísimo Redentor, que enviado del cielo para ilustrar al mundo con la doctrina y el ejemplo, quisiste pasar la mayor parte de tu vida mortal en la humilde casa de Nazaret, súbdito de María y José, y consagraste aquella Familia, que había de servir de modelo á todas las familias cristianas, acoje benigno esta nuestra casa, que ahora se consagra toda á Ti. Protéjela Tú y guardala, y afirma en ella el santo temor de Tí, juntamente con la paz y concordia de la caridad cristiana, para que sea semejante al divino prototipo de tu Familia, y todos absolutamente los que la constituyen consigan la sempiterna bienaventuranza.

O amantísima Madre de Jesucristo y madre nuestra María, haz con tu piedad y clemencia que acepte Jesús esta nuestra consagración, y nos dé con abundancia sus beneficios y bendiciones.

O José, santísimo custodio de Jesús y María, socórrenos con tus súplicas en todas las necesidades de alma y cuerpo para que juntamente contigo y la bienaventurada Virgen María podamos tributar eternas alabanzas y gracias al divino Redentor Jesucristo.

## ORATIO

QUOTIDIE RECITANDA

### ANTE IMAGINEM SACRÆ FAMILIÆ.

O amantissime Jesu, qui ineffabilibus tuis virtutibus et vitæ domesticæ exemplis familiam a te electam in terris consecrasti, clementer aspice nostram hanc domum, quæ ad tuos pedes provoluta propitium te sibi deprecatur. Memento tuam esse hanc domum; quoniam tibi se peculiari cultu sacravit ac devovit. Ipsam benignus tuere, a periculis eripe, ipsi in necessitatibus occurre, et virtutem largire qua in imitatione Familiæ tuæ sanctæ iugiter perseveret; ut mortalis suæ vitæ tempore in Tui obsequio et amore fideliter inhaerens, valeat tandem æternas tibi laudes persolvere in cælis.

O Maria, Mater dulcissima, tuum præsidium imploramus, certi  
divinum tuum Unigenitum precibus tuis obsecuturum.

Tuque etiam, gloriosissime Patriarcha sancte Joseph, potenti  
tuo patrocinio nobis succurre, et Mariæ manibus vota nostra Jesu  
Christo porrígenda submitte.

*Indulgencia 300 dierum semel in die lucranda ab iis qui se Sacrae Fa-  
miliæ dedicant iuxta formulam a S. Rituum Congregatione editam.*

(LEO PP. XIII.)

Jesù, Maria, Giuseppe illuminateci, socorreterci, salvateci. Cosi  
sia.

*Indulgencia 200 dierum semel in die lucranda.*

(LEO PP. XIII.)

## ORACION

PARA REZARSE CADA DIA

### ANTE LA IMÁGEN DE LA SAGRADA FAMILIA.

O amantísimo Jesús que con tus inefables virtudes y ejemplos de la vida doméstica consagraste la familia elegida por Tí en el mundo, mira con clemencia esta nuestra que postrada á tus pies, suplica te muestres propicio á ella. Acuérdate de que esta familia es tuya, puesto que se dedicó y consagró á Tí con un culto peculiar. Defiéndela benigno, líbrala de los peligros, socórrela en las necesidades, y dale virtud para que constantemente persevere imitando tu santa Familia, á fin de que manteniéndose fielmente en tu obsequio y amor por el tiempo de su vida mortal, pueda finalmente tributarte en el cielo eternas alabanzas.

O Maria, Madre dulcísima, imploramos tu amparo, estando ciertos de que ha de aceptar tus ruegos tu divino Hijo Unigénito.

Y tu tambien, gloriosísimo Patriarca San José, socórrenos con tu poderoso patrocinio, y pon en manos de María nuestras peticiones para ser presentadas á Jesucristo.

*Indulgencia de 300 dias que podrán ganar una vez al dia los que se consagran á la Sagrada Familia segun la fórmula dada por la S. Congregacion de Ritos.*

(LEON XIII PAPA.)

Jesús, María, José iluminadnos, socorrednos, salvadnos. Así sea.

*Indulgencia de 200 dias que se podrá ganar una vez al dia.*

(LEON XIII. PAPA.)

Suscripción para remediar las necesidades de los inundados de las provincias de Toledo, Almería y Valencia.

|                                 | Ptas. | Cts. |
|---------------------------------|-------|------|
| <i>Suma anterior.</i> . . . . . | 116   | 80   |

Del pueblo de Escobosa de Calatañazor, 4 pesetas 50 céntimos.—D. Pelayo Ruiz, 7·50.—D. Regino Ortega 5 id.—D. Ambrosio Vicente 25 cénts.—D.<sup>a</sup> Catalina Acereda 25 id.—Pedro Vicente 5 pesetas.—María del Rosario Vicente 25 cénts.—María del Carmen Vicente 25 id.—El Ecónomo y feligreses de Salduero 9·80.—El Párroco y feligreses de Garay 4 id.—D. Antonino Estalayo 2 id.—D. José Gutierrez Lagüera 8 id.—D. Manuel de Roa 10 id.—D. Julian Gratal 7·50.—D. Victor Amor 7·50.—D. Antonio Marquez 8 id.—D. Juan García 8 id.

|                                |     |    |
|--------------------------------|-----|----|
| <i>Suma y sigue.</i> . . . . . | 204 | 60 |
|--------------------------------|-----|----|

## NECROLOGÍA.

Desde Febrero último han fallecido los Señores Sacerdotes siguientes.—En 1.<sup>º</sup> de Julio D. José Nuñez, Capellán de Quemada.—En 3, 7 y 22 de idem D. Eugenio Iriarte, D. Simeon Molina, y D. Braulio Delgado, párrocos y arcipreste el primero respectivamente de Almajano, Recuerda y Gallinero.—En 13 y 16 de Agosto D. Lucas García, Arcipreste y párroco de Tovilla del Lago, y D. Gumersindo Cámara, párroco de Aldealafuente.—En 10 y 25 de Setiembre D. Gervasio Pérez, párroco de Villanueva de Gumié, y D. Ramon Lozano, de Oyales.

R. I. P.

## ANUNCIO.

### CATECISMO DE LOS OBREROS.

sacado á la letra de la admirable Encíclica de Su Santidad *acerca del estado actual de los obreros*, por D. Enrique de Ossó, Pbro. En preguntas y respuestas se da con claridad y precision todo el texto de dicha Encíclica, segun la version oficial. Precios: Un ejemplar, 25 céntimos; la docena, 2·50 ptas.; el centenar, 17·50 ptas.; el millar 150 pesetas. En venta en la *Libreria y Tipografía católica*, Pino, 5, Barcelona, y en casa de los Corresponsales de la misma,